

et fere substantia frondis. *Frondes* centrales *fertiles* stipite sterilium longiore alioqui simili insidentes bipinnatæ: pinnæ petiolatæ; *pinnulæ* omnes fructiferae distinctæ inferiores brevissimè petiolatæ; ante explanationem involucri lineares, limbo utrinque recurvo, efformante *involucrum* fornicatum discum totum operiens pallide viride venosum margine scarioso avenio sæpius induplicato: demum explanatæ angusto-oblongæ involuero quasi nullo: costa subtus particulis parvis flavis conspersa, venis costæ obliquis, altè bifidis fere bipartitis, distinctis.

Sori ramulos omnes venarum à basi fere ad apicem occupantes, lineares, distincti sed ita approximati ut discus totus pinnulæ explanatæ capsulis maturis tectus est et in hoc stadio filix species *Grammitidis* vel *Acrostichi* quasi evadit.

Capsulæ brevè pedicellatæ, turgide lenticulares annulo incompleto, altero lateri infra annuli terminationem transversim dehiscentes, *receptaculo* communi elevato nullo sed venæ parum incrassatæ insidentes.

Sporulæ triangulares, læves, absque striis manifestis vel puncto opaciori, in cumulo dilutè flavæ separatim hyalinæ.

THE END.

LONDON:
PRINTED BY WILLIAM CLOWES,
Northumberland-court.